Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

omni sagacitate et industria curare: ne aliquam de ouibus sibi
credimus perdat. Nouerit enim se infirmarii curam suscepisse
animarum: nō supra sanas tyrannidem: et metuat, ppheta cōmi
nationē p quē dicit deus. Quod crassū videbatis assumeba
tis: et qd debile erat proiiciebatis. Et pastoris bon piū imitet
exemplū: qui relictis nonaginta nouē ouibus i mōtibus abyt
uā ouem que errauerat quærere. cuius infirmitati tantum
compassus est: ut eam i sacris humeris suis dignaretur impo
nere. et sic reportare ad gregem. De hys qui sepius correpti
Si quis frater frequen / nō emēdauerit. Capl'm xlviii
tre correptus pro qualibet culpa. siquidem excōmunicā
tus nō emendauerit: acrior ei adhibetur correptio: id est ut uerbe
rū vindicta in eū procedat. Qd si nec ita correxerit. aut forte
quod absit in superbiā elatus. et iam defendere voluerit opa
sua: tunc abbas faciat quod sapiens medicus. Si exhibuit
fomenta: si ungenta adhortationū: si medicamina diuinæ
scripturæ: si adiutorium adiunctionē excōmunicationis: ut plagas
vulgarū: et iam si viderit nichil suā ualere industriam: ad
hibeat etiā quod maius est suam et omnium fratrum pro eo ora
nem: ut dominus q oīa potest: operetur salutē eius infirmi
fratris. Quod si nec isto modo sanatus fuerit: tunc iam ab
bas utatur ferro abscissionis: ut aut aplus auferre malum
a nobis. Et iterum. Iniquus si discedit discedat: ne una ouis
morbida. omnem gregem cōtaminet. Si debeant iterū recipi
fratres exeuntes de monasterio. Capl'm xlix

Capitulum 28

Capitulum 29

Frater q pro culpa egreditur aut pellitur de monas
terio: si reuerti voluerit. spondeat prius omnē emē
dationem culpæ pro quo egressus est: et sic in ultimo gradu